



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Moralitate, Natvra, Et Effectibvs Actvvm
Svpernatvralivm In Genere Et Fide, Spe, Ac Charitate,
Speciatim**

Coninck, Gilles de

Antverpiae, 1623

Dvb. III. Vtrùm dictum iudicium sit supernaturale?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79645)

cto formali fidei, quia illud pro obiecto formali habet evidentiam notarum fidei, hæc verò testimonium Dei; nullus autem habitus inclinatur ad actum, qui nullo modo tendit in ipsius obiectum formale: ergo habitus fidei non inclinatur ad actum illius iudicii, nec eum elicit. Secundò, quia, ut patet ex 1. ad Corint. 13. & ad Hebræos 11. ac dictis disp. 11. n. 32. & sequentibus habitus fidei tendit in obiectum quia obsecrum, nec facit id vilo modo evidens: ergo non potest esse causa assensus evidenter, qualis est illud iudicium.

1. Cor. 13.
Hebr. 11.

14.
Qua ratione
fides dicatur
vilo & lu-
men.

Ad primum argumentum possum n. 11. Respondeo, D. Thomam ibi non loqui de illo iudicio, sed de ipso assensu fidei, diciturque nos per eum videre res fidei, quatenus omnis cognitio generatur loquendo dicitur vilo. Simili modo fides dicitur lumen, quatenus omnis cognitio dicitur aliquo modo lumen, quatenus per eam aliquid cognoscimus sine clare, sine obscure. Et ob eandem causam Deus dicitur per fidem illuciscere in cordibus nostris, quatenus eum ac ipsam veritatem rerum ad salutem pertinentium per fidem verè cognoscimus, qui sine ea sumus in ignorantia veritatis ac in erroribus. & sicut hæc meritis dicuntur tenebræ & obscuritas, ita eorū respectu cognitio fidei, quantumvis obscura, dicitur lux & claritas; quia omnis cognitio veritatis respectu ignorantie est quadam lux. Ex quo patet responsio ad secundū & tertium.

Obscura
cognitio re-
spectu igno-
rantie est
lux.

15
Turrian.

CONCLUSIO II. Iudicium quo iudicamus res fidei esse evidenter credibiles, non est propriè loquendo actus prudentie. Ita Turrian. sup. Probatur, quia actus prudentie propriè dicta est cognitio practica immediate dirigens voluntatē in sua operatione, siue qua aliquid iudicatur faciendū aut omittendū illud autem iudicium est speculativum, & potest esse in eo qui ob malam voluntatē iudicat res fidei hic & nunc sibi non esse credendas. Potest tamen latiore modo loquēdi dici actus prudentie, tum quia non temere, sed ex iusta ratione, & prout prudentes decet, id elicimus: tum etiam quia saltem remotè honestam voluntatis actionem dirigit.

Secundum autem iudicium quo iudicamus rem propositam esse fide divina credendā, cum immediate dirigat voluntatē, est actus prudentie.

16

CONCLUSIO III. Illud prius iudicium est actus scientie speculativæ, licet non propriè dicta & perfectæ; quia est certa & clara cognitio veritatis speculativæ, ex evidentibus rationibus à posteriore deducta. Quia tamen, ut dixi disp. 11. dub. 3. hæc evidentia non est communiter metaphysica & omnino perfectæ, quæ intellectum planè conuincat, ideo illud iudicium à perfectæ ratione scientie deficit.

D V B I V M III.

Utrum dictum iudicium sit supernaturale?

Turrian.

Varias de hac re opiniones tacitis Auctorū nominibus recitat Turrianus 2.2. disp. 46. dub. 1. & 2.

17

Prima docet, illud iudicium esse supernaturale in substantia. Probatur, quia dirigit voluntatem in substantia supernaturali: ergo est in substantia supernaturali.

substantia supernaturale. Probatur consequentia: nam ideo fides necessario precedit actum spei & caritatis; quia cum hi actus sint supernaturales in substantia, necessario debent dirigi in intellectu in substantia supernaturali: ergo similiter cum illud iudicium dirigit actum voluntatis in substantia supernaturalem, erit etiam in substantia supernaturale. Huius autem sententiae Auctores diuersimodò eam explicant, atque ita possunt iterum in duas sententias diuidi, ut patet apud Turrian. supra. Sed eorum argumentum nihil conuincit; nulla enim est ratio cur dicamus omnem volitionem supernaturalem in substantia necessario dirigi aliqua intellectu in substantia supernaturali, quia, ut ostendi sup. disp. 5. dub. 3. quod actus voluntatis sit supernaturalis, non habet à supernaturalitate obiecti, nec quia obiectum modo supernaturali ei proponitur: sed ab auxilio supernaturali, quo potentia eleuatur ut actum producat perfectionem, quam naturæ viribus posset producere. Quare in dicto argumento nego consequentiam. Ad probationem, nego assumptum: nec enim spes & caritas ideo propriè prærequirunt fidem in substantia supernaturali, quia in substantia supernaturales sunt, quasi non possent vlla ratione elici nisi tali fide præcedente: nam si Deus vellet specialiter concurrere cum homine habente solam fidem naturalem mysteriorum fidei, hic posset elicere actus spei & caritatis supernaturales. nulla enim hic potest ostendi repugnantia.

Non omnis
volitio in
substantia
supernatura-
lis necessa-
riò dirigitur
cognitione
in substantia
supernatura-
li.

Si Deus vel-
let concurrere,
posse-
mus elicere
actus spei &
caritatis ex
cognitione
in substantia
naturali.

19
Cur alie vir-
tutes super-
naturales
præquirat
fidem super-
naturalem.

Sed et virtutes præquirunt fidem supernaturalem. Primò, quia cum homo per virtutes theologicas constituatur in statu supernaturali, omnino conuenit hunc incipere à supernaturali actu intellectus; quia hic naturaliter prior est actibus voluntatis. Secundo, quia cum spes & caritas firmissimè & constantissimè in Deum ferri debeant, naturaliter præquirunt omnino certam ac constantem cognitionem, qua dirigantur; qualis circa mysteria fidei non potest esse saltem in hominibus viatoribus, nisi actus fidei, quia illorum clarā cognitionē hic habere non possumus. posito autem quod status noster in substantia supernaturalis debeat inchoari à fide, hæc etiam debet esse in substantia supernaturalis, ut conueniat statui in quo nos constituit. Tertio, ex ordinatione Dei, qui ob dictas rationes non statuit nobis dare auxilia necessaria ad dictos actus eliciendos, nisi præcesserit actus fidei supernaturalis.

20

Alij voluit, hoc iudicium esse merè naturale; quia cum nitatur evidentia notarum fidei, videtur habere obiectum merè naturale: ergo est etiam merè naturale. Consequentia probatur: quia actus accipit suam supernaturalitatem ab obiecto: ergo habens obiectum naturale erit omnino naturalis. Sed nec hoc argumentum quidquam probat. Quia, ut ostendi sup. disp. 5. dub. 3. actus naturalis & supernaturalis non distinguuntur necessario ex parte obiecti, sed possunt versari circa idem obiectum formale.

CONCLUSIO. Illud iudicium secundum suam substantiam est naturale, & supernaturale secundum modum. Prior pars probatur,

21

V

quia

Sola fides est
fundamentum
ac initium sta-
tus nostri su-
pernaturalis.
August.

quia si esset secundum substantiam supernatura-
le, per id formaliter eleuaremur ad statum super-
naturalem, inchoando vitam supernaturalem,
atque ita fides non esset fundamentum & ini-
tium status ac vite supernaturalis. quod repu-
gnat communi sententia Doctorem, atque er-
ram Patrum, qui initium vite supernaturalis
constituunt in fide. Nam, ut docet D. August.
epistola 105. aliquantulum post initium, ab ea
omnis nostra iustitia sumit initium.

Secundò, quia ratio cur fides, spes, caritas de-
beant in substantia esse supernaturales, præcipua
est, quia ordinantur ad meritum præmij omni-
no supernaturalis, tamquam media ad finem: ad
finem autem supernaturalem requiruntur media
supernaturalia, ut inter eas sit proportio, ut docet
D. Thomas. D. Thom. 1. 2. q. 114. a. 2. Illud autem iudicium
non constituit nos vltimo modo etiam inchoatiue
in statu merendi, neque per se meretur, aut ad me-
ritum vite æternæ ordinatur: nisi remotè & ra-
tione alterius, quatenus scilicet est conditio ad
fidem prærequisita. Fides autem etsi sine carita-
te non conferat vitam spiritalem, ac meritum
vite æternæ, est tamen quædam illorum in-
choatio ac fundamentum. ut fusiùs explica-
bo dub. 6.

22

Ex quibus
capitulis il-
lud iudiciū
sit necessa-
riū superna-
turale.

Secunda pars probatur: quia illud iudicium
versatur circa obiectum materiale supernatura-
le, quod sine reuelatione diuina nequit cogno-
sci, atque ita ex parte propositionis ipsius ob-
iecti vires naturæ superat. Secundò, quia diri-
gitur in finem supernaturalem, scilicet ad diri-
gendam voluntatem supernaturalem imperan-
tem actum fidei. Tertiò, quia etsi posita reuelatione,
& sufficienti notarum fidei propositione
possit intellectus, si nullum adsit impedi-
mentum, eiusmodi iudicium secundum suam
substantiam elicere; tamen propter mobilitatem
ingenij humani, & voluntatis ad res terrenas ac
fidei contrarias inclinationem, qua intellectus
obscuratur; item ob demonis tentationes nos
à fide retrahentis, semper requiritur aliqua gra-
tia, qua intellectus illustratur, ut res fidei me-
lius apprehendat, & qua inclinationes volun-
tatis fidei contrariæ ac demonis potestas com-
primantur: ut intellectus ab his impedimentis
liber possit firmiter ac constanter iudicare ea
mysteria ob Dei auctoritatem firmissimè esse
credenda. quod sine vltimo Dei auxilio sibi omni-
no derelictus in hoc rerum statu facere non pos-
set; nam, ut dicitur Sapientia 9. Cogitationes mor-
taliū timide, & incerte prouidentia nostre. Corpus
enim quod corrumpitur, aggrauat animam; & terre-
na inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.
varia scilicet distractione eum impediens ne ad
cælestia seriò cogitanda assurgat.

Sapient. 9.

Ad supradicta tamen ei sufficit auxilium di-
uinū ordinis naturalis: quia sicut nulla est causa
cur ponamus actum supernaturalem in sub-
stantia, ita etiam non requiritur auxilium se-
cundum substantiam supernaturale; præsertim
cum illud auxilium non tam requiratur ut sup-
pleat defectum virium intellectus, cumque
immediatè iuuet in eo iudicio eliciendo, quam
ut tollantur extrinseca impedimenta. Vide di-
cta disp. 4. dub. 7.

Dices, D. August. lib. 1. de Prædestin. cap. 2. &
Arausic. can. 7. videntur requirere idè auxilium
ad eliciendum illud iudicium ante voluntatem
credendi prærequisitum, atque ad credendum:
sed ad hoc requiritur auxilium supernaturale in
substantia: ergo etiam ad illud. Respondeo, ne-
go maiorem: solum enim ad illud requirunt ali-
quod auxilium diuinum: quale autem illud sit,
non explicant; sed alijs relinquunt disputandū.
Adde, eos non tam loqui de iudicio secundum
se præcisè sumpto, quam prout includit quo-
dammodo siue generat voluntatem credendi
& assensum fidei, quæ illud iudiciū consequun-
tur, quæque Semipelagiani (contra quos ipsi a-
gunt) dicebant nos viribus naturæ sine gratia
habere posse. Quod tam August. quam ipsum
Concilium propriè intendunt damnare: unde
Concilium cum dixisset nos sine gratia non
posse cogitare, prout expedit, aliquid bonum
ad salutem pertinens, explicans de qua cogita-
tione loquatur, subdit: Id est euangelizanti præ-
dicationi consentire, ostendens se sub illa cogita-
tione comprehendere assensum fidei.

D V B I V M I V.

Vtrum actum fidei necessario debeat præcede-
re actus voluntatis, quo intellectus appli-
cetur siue determinetur ut illum eliciat?

Nota, sicut actus aliquis dupliciter potest
esse liber; Primò, quoad specificationem,
quando scilicet in nostra potestate est non solum
talem actum non elicere, sed etià elicere ei con-
trarium: sic in potestate voluntatis est rem aliquā
distinctam à beatitudine sibi propositam amare
aut odire, prout voluerit. Secundò, quoad solū
exercitium: quia scilicet possum quidem aliquem
actum non elicere, nequeo tamen elicere actum
ei contrarium: sic in via possum non amare bea-
titudinem, non possum tamē eam odire. Ita eti-
ā motio voluntatis potest esse dupliciter neces-
saria ad assensum fidei Primò, quoad solū exer-
citiū, ita ut sine ea intellectus nequeat cum as-
sensum elicere: Secundò, quoad specificationē,
ita ut ab illa motione pendeat quod intellectus
res fidei potius credat esse veras quam falsas, cum
vtrumque ex diuersa voluntatis motione posset.

Nota Secundò, dupliciter possit intelligi vo-
luntatem mouere intellectum ad exercitiū aut
specificationem actus. Primò, solum remotè,
quatenus applicat eū ut cogitet de obiecto fi-
dei, sibi quod illud proponat sub ratione credibilis
aut non credibilis, siue excogitando simul ra-
tiones, quæ ipsum possint mouere ad creden-
dum, aut contrariæ eas, quæ ipsum moueant ad
non credendum. Et fatentur omnes, fidem hac
ex parte esse liberam saltem quoad exercitiū, &
pendere à motione voluntatis, in cuius potestate
est, saltē communiter, applicare intellectum ad
has vel illas res aut rationes cogitandas.

Secundò, immediatè & proximè, ita ut pro-
posito sufficienter obiecto voluntas intellectum
immediatè applicet ad assentiendum aut dissen-
tiendum. & de hac motione est tota quæstio.

Prima opinio absolutè negat, hanc secundam
motio-

24

25

Voluntas
dupliciter
potest mo-
uere intelle-
ctum ad ali-
quod actum.

26